

inminente dispendio effectivo compassionis alterne solacio recreentur. Quod utique quia vestre serenitati libenter offerimus vobis et vestris in oportunitatibus profuturum, id ipsum a vobis sub firme spei fiducia non inmerito vice reciproca prestolamur. Sane porrecta nobis religiosorum virorum . . abbatis et conventus Auree Vallis Cysterciensis ordinis Treverensis dyocesis peticio continebat, ut cum ipsis a Romani imperii corde longe sepositis sub imperialis protectionis umbraculo respirare non liceat, malignorum in eos protervia seviente, apud vos eisdem dignaremur assistere, quod eorum quieti et paci velletis intendere cum effectum. Quia igitur de regali vestra benignitate confidimus, quod ex indito celitus vestris precordiis a clarorum progenitorum vestrorum propagacione sincere devocionis ardore super hoc pio negocio facile curas vestras et operas nostris desideriis applicetis, celsitudinem vestram attente rogandam duximus et hortandam, quatinus pro divina sacrique Romani imperii reverencia et pro salute, nostram in hoc casu absenciam supportantes predictis . . abbati et conventui vice nostra et auctoritate prefati imperii iuxta continenciam privilegiorum, que ipsis concessisse dinoscimur in personis et rebus quibuscumque, necnon super omnibus libertatibus sibi per quoscumque concessis et iuribus contra quoslibet, cuiuscumque condicionis existant, qui adversus eosdem violenter ac iniuriose proterviant, salvo iure ipsius imperii, vestre gracie defensionis et oportune protectionis auxilium, patrociniū et levamen ex regia bonitate dignemini tam libenter quam liberaliter impertiri. Hoc enim procul dubio vobis cedit ad meriti cumulum apud Deum et apud homines ad magnifici nominis incrementum.

Datum Nurenberg, IIII. Non. Febr., indictione IIII, regni nostri anno tercio, anno^a vero dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto^a.

Reste des rothen Majestätssiegels an gelben Seidenfäden.

IV. Hofgerichtsspruch für das Capitel von Solothurn. 1291 März 3.¹

Transsumpt von 1318 Febr. 3² Solothurn,
Staatsarchiv, Stiftsarchiv St. Urs n. 83.

a) 'anno — sexto' mit wenig verändertem Ductus später hinzugefügt.

1) Reg. imp. VI, 2430. Das Original, das Kopp a. a. O. II, 3 S. 144 Anm. 3 beschreibt, habe ich nicht finden können. 2) Mit fol-